Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8198
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sobald er aber faullentzete, nachet jhm sein hertz, und schlieff, da warf
jhm der Teufl in die sünd, dz er Mord und Ehebruch begangen.
Also auch Salomon da er schaffet, arbaitet, und am Tempel zu Jerusalem bauet, da
sündiget er nit, sobald er aber faullentzet, war er in der Weiber lieb verwirret,
und sündiget auch dz hertz. 3 Reg. 11

Remedia contra hoc vitium.

Primum. Die Vergleich der geschäfften. Hieronymus. Facito aliquid boni operis,
ut Diabolus semper te inveniat occupatum. Unde legitur in vitis patrum, quod
quidam peregrinus venit ad Abbatem Silvanum in monte Sina, et cum vi-
deret fratres operantes dixit. Quare operamini cibum qui perit? Maria
enim optimam partem elegit. Tunc senex fecit ei dare codicem ut legeret
includens in cellula sua, et cum transisset hora prandij circumspiciebat pere-
grinus utrum quis vocaret eum ad prandium, et veniens ad senem interrogavit
utrum fratres comedissent? Cui senex, tu homo spiritualis es, et non necesse habes
habes escam corporalem, nos autem tanquam carnales edimus et ideo operamur,
et Apostolus dicit 2 Thessa. 3 Qui non vult operari non manducet. Quod cum audisset
peregrinus, coepit poenitere. Cui Abbas. Sollicita est Martha Mariae.
Item legitur quod Abbas Johannes dicebat cuidam fratri suo. Vellem esse semper
securus sicut Angeli sunt nihil operantes sed sine intermissione Deum collauda-
tes? Et proiecto pallio suo ipse, intravit heremum; Et post unam septimanam pole-
tam, fame coactus reversus ad fratris sui pulsavit ianuam, qui quaesivit, quis
es tu? Et ille respondes, ego sum Johannes frater tuus. Cui ille: Johannes An-
gelus factus est, inter homines non est; ille vero perseverando pulsans dixit, quia
ego sum, et tandem frater ei aperuit dicens: si homo es iterum necesse habes
aliquando operari ut vivas, si autem Angelus, quid queris in cella? Et ille sta-
tim poenitentiam egit.